



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignatius Sive De Vita Et  
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

**Bidermann, Jakob**

**Antuerpiae, 1635**

Iter Romam versus. Cap. XIV.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5**

## 78 S. IGNATII VITA.

ostenderat, abiecto demum expeditionis transmarinæ consilio, ad Italæ frequentissimas quasque Academias conuertuntur. In eâ sortitione obuenit IGNATIO, cum duobus, quos dixi, Socijs, Roma prouincia. Et nimurum huc ducebat Deus, ubi opportunè nascentis Societatis cunabula ponerentur. Neque enim fortuitum fuit, quod ex annis haud minus triginta tribus, illo tunc uno, nulla decernetur in Palæstinam nauigatio, quo illi excedere terrâ Italâ cogitabant.

## IGNATTI iter Romam.

## CAP. XIV.

79. AT IGNATIVS Sacerdos inaugurus, dum diu molitur, qui rectissimè ad primam litationem sese appararet, anni spatiū consumit, id interea unum assiduè precatus, ut summae Virginis patrocinio iuuaretur: illam cælestioris vitae ianuam esse, illam inter Deum hominesque sequestrām.

stram. Curaret proin Mater, ut Filiū, pro eo quām sanē mereretur, diligere cliens colereque posset: porrō eadem pergeret, in gravissimo sibi negotio, vires animumque sufficere. Inter hæc fermè studia durauit, donec Romam proficeretur, itinere pedestri, & cum mendicantis fortunæ apparatu. Quotidie per iter epulum Eucharisticum ab operante Socio repeatebat, manantibus copiosè gaudijs, & cælo vberes delicias affundente.

80. Proximè urbem, Socijs fortè in viâ subsilientibus, vñuenit, vt solus in ædiculam desertam secederet. Ibi cùm in precibus animus vehementer exarsisset, cælesti quadam voluptate raptus, vidit illicò audijtq[ue] rem mirificè iucundam. PATER enim æternus, coruscâ nube circumfusus, CHRISTO Filio, propter assistenti, crucemque in humeris gestanti, IGNATIVM ac Socios suauissimè commendabat, eiique illos singulatim velut emancipatos cupiebat. Vifus est annuere

Paren-

## 80 S. IGNATII VITA.

Parenti Filius , atque eos in clien-  
telam recipere sese ostendit : mox  
virà cum cruce ad IGNATIVM  
conuersus, ore suavitatis amorisque  
pleno, EGO VOBIS, inquit, RO-  
MAE PROPITIVS ERO. Attulit  
id ostentum IGNATIO haud du-  
biam vim gaudiorum : quo etiam  
Socijs commemorato, illis ad peri-  
cula laboresque obeundos noua,  
quod par erat ; alacritas incessit.  
Ex eo die, mirum est quām inhæ-  
serit animo nomen IESV. Illuc  
IGNATIVS, vt in ducem vitæ ;  
illuc assiduè, vt in exemplum fe-  
rendæ crucis adspicere : indidem  
Religioni suæ constituit titulum  
figere. Nec pugnauit illius deside-  
rio Pontifex, sed eam breuî pott  
SOCIETATEM IESV inscripsit.

*Roma fundata Societas IESV.*

C A P . x v .

81. PRIVS tamen superanda  
IGNATIO ingens tempe-  
stas erat , quæ Romæ illum odijs  
&